sermo uulgi et imperitiam manifestat tamen si abstineatur
infantiam. quis mendicam narrationem aestimet quam uota locu
pletant. Saepe infacundiae dotibus pauper inuenitur uena pre
dicantis. et e diuerso thesaurus cordis inradiat maegestate
uerborum. qui uice dī mendat nitor ingenii. quia in his etiam sine
amore blanditur eloquentia in illis splendorem suum ueritas
nuda commendat. sine faleris est omne quod dictat affectio.
ad unguem fabricantur illa quae uolumus nonnisi speciem recti
habere quam similitudinem. ad te uenerabilis mihi antestis maxime
sermo est. cui in meritorum testimonio uirtus coepit a uocabulo.
In quo actus eloquitur qui nomen appellat. prouida parentum tuorum
diligentia prius te elegi uoluit quam probari. Te olim secularibus
inherentem titulis castrinsis sudor excoluit. et ad ecclesiae
gubernacula pars aduersa solidauit. sicut deus loquitur per
prophetam qui in modico fidelis et in magno fidelis est. te sacro
rum iudex et consilii comitem meruit et laboris. beneuene
randis initiandus altaribus et in laica conuersatione quod
sacrum esset elegisti. Tu pudicitiae in illa aetate custus inuentus
es. In qua et lex obsequitur desideriis satis enim est pueritiae
ambitum quem licentia fulcit horreri. Xps milites suos quos
in personam ducis adtollat inter acies quaerit hostiles. adscitus
ecclesiae pontificem actibus inplesti ante tempora dignitatis.
Non fuit aduena benignitas quae naturae inmixta radicibus
de cano flore germen ostendit. temporale est omne quod
fingitur. perpetuum quod cum aetate maturescit. Non tibi
sacerdotium rem doni credimus euenisse sed premii. alius
uulgi aura gratia lenocinante commendat. tibi rigida
circa culpabilis districtio dedit affectum manet te singularis
sapientia quae licet generaliter optanda est tamen existit
in magistro necessaria. frustra monitoris personam suscipit
qui in pacti non praeualet aestimare pondus officii uilissimis
conparandus est nisi praecellat scientia qui est honore prestantior.

iudicat, non desiderat picta colloquia, sed quae incfucatus commendat nitor &c.

© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0228